



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto eduardo rege [et] mar. Cap[itulum]. Ivij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

**R**ex iste tate fuit gravitatis: ut vis non sine maxima causa puocaret in risum: unde et semel cum die pasche post prandium valde rideret: et ex hoc oēs mirarent: dixit rex quod per spiritum viderat septem dormientes in celo more: qui dudum super latus dextrum iacuerat: severos in sinistram: qui donec sic manerent: multe in orbem perfectiones future forent. Sed post decursum annorum centum: iterum ad latus dextrum se verteret. Directi sunt autem a baronibus nuncii ex anglia in greciam ad montem predicium apud ephesum civitatem. Qui per oia sicut rex dixerat contigisse inveniunt. Nam donec illuc nuncii pervenerunt: oēs ephesorum populi: quod septem dormientes in sinistram versi fuissent penitus ignorarunt. Qui tamen modicis antea diebus super dextrum latus illos cognoverant dormientes. **H**ic etiam rex circa pauperes liberalissimus et humilis fuit. Nam die quodam pauperem contractum incedere non valentem propter latorem eum deo devotus rex in humeris suis assumpsit: et ipsum a regali palatio usque ad sancti petri ecclesiam batulavit. Hic etiam septies in hora consecrationis christum in carne conspexit in manibus sacerdotum. Qui regno feliciter disposito quiescit in pace anno domini. **M. c. lxx. id. octobris.** Sepultus iuxta beati petri altare ubi et miraculis claret.

**De sancto eduardo rege et mar. Cap. lviij.**

**Edwardus martyr**

**E**rex secundus anglorum: filius eduardi regis: una cum patre annis duobus cum dimidio regnavit. Tunc visa est stella cometes apud vicum regium: qui dicitur caluar: significans persecuciones in regno subsequentes. Nam clerici intrusi et criminosi a suis ecclesiis: per distantium archiepiscopum cantuariensem expulsi nova prelia suscitaverunt omnibus pene ecclesiis denastatis: quos tamen virtute divina puniunt: ut supra dictum est in vita sancti distant. **vij. idus septembris.** Cum autem mortuo egdaro rege eduardus adhuc juvenis esset: et elfrida noverca eius olim regis uxoris filium suum proprium puerulum: necdum annorum septem regem facere procuraret: et ob hoc cum quibusdam ex baronibus conspiceret. Distantus eduardum: utpote cui regnum tanquam primogenito de iure debebat: contra votum illorum coronavit. Unde et regina turbata in morem regis machinari cepit. Cum autem die quadam eduardus de venatione fessus rediret: et illa sitiens poculum portasset fateres ab eadem inducit: regem potenter sicca percussit et occidit. Et cum sero esset circa corpus ipsius: subito divina luminaria inveniunt. Quibus tactu claudus gressum: et mutus loquendi usum continuo recuperavit. Tunc ad corpus eius elfrida regina in equo venisset: ut quasi se de nece eius inculpabilem simularet: dum redire vellet: equus se

inde nullo modo movere potuit: mutatusque alio equo similiter et tertio sicut et prior contigit: unde ab omnibus de morte regis rea iudicata est. **De** pultus est autem rex condigno matris honore in raculis clarus. **Elfrida** vero regina in desultione quam deus fecerat in clericos ecclesiarum persecutores de homicidio condigne penituit: et in melius vitam mutavit.

**De sancto Theophilo episcopo et confessoze. Cap. lix.**



**Theophilus episcopus**

**T**heophilus apud antiochiam floruit. Qui sextus a beato petro apostolo eiusdem ecclesie sedem tenuit: et vir eruditissimus multa sapientia claruit: plurimosque libellos composuit. In testimonium liberos tres ad Anatholium scripsit. Adversum Ihermogenum heresim alium. Exstant etiam alii elegantes ad edificationem ecclesie pertinentes: composuit et contra martionem librum unum. Super euangelio et prouerbis salomonis commentarios se legitime beatus tradidit hieronymus: qui cum superiorum elegantia non videns sibi congruere. Qui etiam marci antonini imperatoris temporibus in pace quiescit tertio idus octobris.

**De sancto Theophilo confessoze. Cap. lx.**



**Theophilus confessor**

**T**heophilus in ciuitate cilicie claruit. Qui cum esset ecclesie vicedominus ecclesie asticas res: utpote moribus et scientia precipuus optime gubernauit: quem clerus et populus nimium diligebat. Tacante vero episcopatu: ipsum in pontifice omnis populus elegit: sed theophilus se indignum iudicans omnino recusauit. Ad metropolitani autem violenter a populo ducitur: et in episcopum sibi dari ab omnibus postulatur. Sed ipse penitus renuens: vis ab ipso dimittitur: et alius in episcopum consecratur. Post dies modicos ad suggestionem emulorum quorundam theophilus ab episcopo de officio deponitur: et in locum eius quidam ex aduersariis surrogatur. Desperans iste iudeum magum adiit: et eius auxilium imploruit. Quem ille nocte extra ciuitatem adduxit: et diligenter monuit ne crucem sibi imprimeret: aut christum vel agnes nominaret. Vocante autem mago demones insinuit homines candidari eidem apparuerunt: qui cum cercis ardentibus ad regem ipsorum diabolum in throno aureo sedere: illum adducunt. Pro quo iudeus genui ergo ipse auxilium postulauit. Ille theophilum officium restituendum et maiorem adhuc faciem dum premittebat: dum tamen hic christum et matrem velis abnegare: et diabolo professionem facere: et abnegationis chiropographum manu propria scribere. **Theo**